



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt XV. Idem in (a) eodem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

In Librum III. Decretalium,

tus Magistratus , qui convivas , ne se nimio vino polluerent , legis symposiacæ admone rent , ut ex Platone , & Varrone norat Savatus ad Sidonium lib. 1. epist. 2. verbo *Syphorūm*. Meritò ergo in dicto cap. quando , permitti tur clericis usque ad tertiam vicem poculum sumere , cùm eo numero etiam virti temperati utantur.

9. Deinde opponi potest textus in cap. si consti tuerit 12. de accusat. ubi agitur de clero ebriofo cap. si con fiterit 12. de accusat. qui in taberna pernoctavit , & sequenti die p rmissa dormitione Missam cantavit. Et deciditur , quod si Ecclesiast in commendam tantum habebat. Episcopus ei perpetuum imponat silentium ; si autem eam in titulum obtinebat , & non confite cum delictum perpetrasse , ob quod beneficio sit privandus. Ecclesiam ipsam pacifice retineat. Ex quo textu expresse constat ob ebrietatem clericum beneficio privari non posse : Ergo non rectè in praesenti doceatur , clericum vinolentum , nec monitione p rmissa desistentem , beneficio & officio suspendendum esse. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est , suspensionem , de qua in praesenti , non esse perpetuam , sed temporiam , ut probat Suarez de censur. disputas. 25. sect. 2. numer. 8. unde cùm in dicto cap. si constiterit , ageretur de privatione beneficii perpetua , rectè dogetur , quod nisi aliud crimen probatum sit , ex quo beneficii privatio indicatur , clericum eti vinolentum non debere beneficio , quod in titulum possidebat , spoliari. Alia etiam in ejus textus specie adfuerunt , quæ in ejus commentario Deo volente expone mus.

10. Adducitur textus in cap. non oportet 10. 44. dis. est difficilis canon 55. Concil. Laodic. in illis ver bis: Non oportet sacerdos , & clerici ex collatione convivia peragere , sed neclaus. Apud Gratianum autem in cap. non oportet 10. 44. dis. ita legitur: Non oportet ministros altaria , vel qualibet clericos , aut etiam laicos Christianos ex symbolis , qua vulgaris comeditaria appellas , convivia celebrare. Ubi sive legas , ex collatione , ut in Concilio ; sive ex symbolis , ut apud Gratianum , ex versione Gentiani Her bertii , semper liquet , non licere clericis , seu laicis convivia , seu co- tiones facere. Pro cuius textus vera expositione sciendum est , quod quamvis verbum , collatio , plerunque accipiat pro ea refectiuncula , quæ à jejunantibus sumi tur , cap. quando , 44. dis. latè probant Land meter. lib. 2. de veteri clero. cap. 104. Fileacus de Quadragesima , cap. 6. Eftenus lib. 9. da quisit. monast. da quisit. 2. tamen aliquando accepitur pro collatione ciborum ad convivium , cùm unusquisque confert quod edat ; & tunc idem est collatio ac symbolum. Divus Hieronymus in cap. 23. Proverb. in explicatione illo rum verborum : Vacantes potibus , & dantis

symbola ; symbolum , ait , græcum nomen est , & interpretatur collatio , cùm unusquisque solet pro sua parte cibos conferre ad vescendum. Hinc symbolum fidei ita appellatur , quia quilibet ex Apostolis contulit suam partem : quare collatio , sive symbolum dicitur. Alfonius noster in l. 1. iii. 3. part. 1. ibi : El Credo in Deum , que en latin llaman Symbolum , quiere tanto decir como bocados ; esto es porque cada uno de los Apostoles dijo su palabra cierta. Unde colligitur , non impropriè apud Gratianum loco verbi collatione , ex symbolis , haberi. Etiam apud Græcos dicitur haec collatio , Eranos ; unde legebat Alcianus lib. 2. disput. cap. 15. Max pecunia , quasi eranos , iusta Praefidis sublata sit ; & in l. creditus 102. ff. de solut. sed rectius legitur in Florentinis eroſa , ut post Cujacium , Corrasum , & Olvaldum notavit Salmutius ad memorab. Panciroli. tit. 51. His suppositis Glossa in dicto cap. non operat , verbo Ex symbolis , & Zonaras in d. can. 55. docent idem prohiberi in eo textu sacerdotibus ex collatione convivia celebrare , quia indecens est de aliena substantia edere , aut bibere , juxta illud Juvenalis.

... misericordia est aliena bibere quadræ. Sed hæc interpretatio sustineri nequit ; nam credidimus potest sollicitos fuisse Patres , ne clerci ex aliena substantia ederent. Quare verius dicendum credo , in eo canone prohiberi convivium illud , ubi more temulentorum , & ebriosorum hominum jocabatur ; quod Patres ibi appellant commissationes , quæ valde eroſæ fuerunt omnibus gentibus. Hebreis videlicet , Ethnicis , & Christi anis. De primis constat ex cap. 25. Deuteronom. ibi : Si gennaverit homo filium contumacem . & proter vum , qui non audiat mares , aut patrum imperium , & coercitus obediens contempserit , apprehendens enim , & ducens ad seniores criminis illius , & ad portam iudicis , dicentque ei : Filius noster iste protervus , & contumax est ; monta nostra audi recontemne , cenis etiacionibus vacat , & luxuria , atque convivio. De Gentilibus liquet ex Suetonio in Vetus , qui resert , ipsum epulas divisisse in jenacula , prandium , cenas , ac commissationes. Mat tial. lib. 12. epigram. 46.

Non Albana nibi sit commissatio tanta ,
Nec Caputina , Pontificumque dapes.

Apulejo apolog. I. Habet crimen meum , quæ si improbi commissatio. De Christianis idem docent Divus Petrus epist. cap. 4. Divus Paulus ad Galatas 5. unde à Patribus in d. can. 55 prohibetur ex prædicta collatione , sive symbolis , aut ut compilavit Martinus Brachar. in cap. non hecat , ead. 44. dis. ex confertis convivia , sive commissationes facere , quia exinde ingurgitationes , & ebrietates ori entur.

CAPVT XV.

Idem in (a) eodem.

Clerici officia , vel (b) commercia facultaria non exerceant , maxime in honesta mimis , jogulatoribus , & histri onibus non (c) intendant , & (d) tabernas prout evi

Tit. I. de Vita & Honest. Cleric.

51

evitent, nisi fortè causā necessitatē, in itinere constituti. Ad (e) aleas, & taxillos non iudant, nec hujusmodi ludis inter sint: coronam, & tonsuram habeant [f] con gruentem, & se in officiis ecclesiasticis, & altis honestis studiis exerceant diligenter. Clava deferant desuper indumenta, nimia brevitate, vel longitudine non [g] notanda; (h) pannis rubeis, aut (i) aut viridibus, nec non (j) manicis, aut forulari bus consuetutis, vel rostratis; (k) frænis, sellis, pectoralibus, & calcaribus deauratis, aut aliis superfluitatem habentibus non utantur: cappas (l) manicatas ad divi num officium intra Ecclesiam nulli gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio, & (m) personatis constituti, nisi justa causa timoris exegerit habitum (n) transformari. (o) Fibulas omnino non ferant, nec corrugas auri, vel argenti ornatum habentes; sed nec (p) annulos, nec (q) quibus temperat ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico, & Ecclesia superindumentis lineis omnes utantur, nisi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum (r) monachalem. Palpis diffubulatis (s) non utantur in publi co, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde contexis.

N O T A E.

(c) Non intendant. Juxta adducta supra in cap. 2. eiusdem deorem 12. hoc titulo.

(a) **Odem.**] Concilio videlicet Lateranensi, cap. 16. ut habetur in quatta collectio ne, subiectis, cap. 4. & hujus canonis merpine rent Patres Concil. Senonensis anno 1527. can. 74. his verbis: Denique iuxta Concilium Lateranense pannis rubeis, aut viridibus non utantur; ab aliisque abstineant, quia in eodem Concilio con tinentur. Mutuas tamen videntur Patres presentem constitutionem à Gregorio VIII. qui universis Episcopis scribit in cap. 9. hoc isti in prima collectione: Statuum, ut clerici clausa de forant indumenta; cappas, seu mantellis rubris, aut viridibus non utantur, nec zendaris, vel aliud sericum pannum ei apparant; annulos non portent manus, nisi Episcopus fuerit, qui habebat hoc ex officio. Coronam & tonsuram habeant congruentem, ludo clearum, & taxillorum prorsus, & servitorum occupationem evitant. Et si in officio ecclesiastico, & in hominis studiis exercerent compescere. Si quip autem contrahoc venire presumperit, per Episcopum suum remoto appellatio nis officiolo corrigitur, & immunitatis illius interim fuisse ostendit, quia proscule cleri oram, & exercita violencia laicorum vocem instaurat. Viri quoque iuxta vestes ab inferiori non habent par te; & mulier velibus sumptuosis, & proprii corpori longitudinem excedentibus amido non uentur, sed in habitu honesto, & moderato incidunt, qui nec lasciviam notent, nec fastidiosam uantant offendat. Quicquid vero vir, seu mulier tali fecerit amido indumenta, & a communione Dominicana corporis dones se corrigit, red datur extrazens; & ecclesiasticis non finitur officii interesse, graviores quoque poenam per sacerdotis officium subiiciunt, si nec sic levitatem suam curaverint emendare. Ex quo textu constat, quod licet in praesenti canonе nulla pena constitutur, tamen non ideo impune negligi posse à Patribus statuta, cum in eisdem calibus pena indicata sit à Gregorio VIII. in dicto cap. 9.

(b) **Officia, vel commercia.**] Officia referunt In puentius ad munera publica, ut tabellio nis, procuratores, seu tutoris; commercia vero ad negotia facularia, de quibus late agemus in cap. 1. & 2. ne clerici vel monachi: & nonnulla adduxi in cap. 19. Concil. Illeber. D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

(d) **Tabernac.**] Consonant textus in cap. 53. Apost. ibi: Si quis clericus in cappona comedens deprehensa fuerit segregetur; & cap. nulli, cap. Clerici, 44. dis. Concil. Afric. sub Bonifacio I. cap. 7. Turonente 3. cap. 21. ibi: Sevandum presbyteris firmiter statutum, ne tabernas sor gidianas comedendi, bibendive causas: quod si post haec statu facte presumperint, canonica de cernimus sententia ferendos. Cabilon. 2. cap. 44. Rhemene cap. 26. Aquisgran. 1. cap. 6. Ratisbon. cap. 3. Mogunt. 4. cap. 74. Theodulphus Aurelian. ad presbyteros cap. 13. ibi: Obscurandum vobis est, ut & vos ab ebrietate absinuatis. Quis p̄sbes subditus abstineat, prædictus; & neque per tabernas eas ibendo, aut comedendo. In excerptiōibus Egberti Archiepiscopi Ebora censis legitur numer. 18. Ut nullus predixerit, aut bibendo causa graduatur in tabernas. Atque ita Julianus Apostata epis. 49. Atsacio Gallicæ Pontifici scribit, ut cu ret, ne Sacerdotes Paganorum in taberna biant,

(e) **Ad aleas, & taxillos.**] Consonant canon 41. Apost. ibi: Sacerdos aleator, aut vinolentus, nisi definatur, deponitur. Synodus 6. cap. 50. lex ultima, C. de episcop. audient. Novella 115. cap. 13. quam ita verit Julianus antecellit: Clericus, nec tabellio, seu aleator iudicat, nec socius aleatoris fit, vel aleatores fieri, neque in quodcumque spectaculo spectandi causa veniat. Canon. 79. Concil. Illeber. ubi plura con gessimus.

(f) **Congruentem.**] Nonnulli sub nomine habi bus etiam ipsam tonsuram clericalem, si ve monasticam latissimam quadam acceptione complecti voluerunt, ut videre est apud Bedam lib. 5. hisp. Anglie, cap. 40. & in Concil. Toledo, 4. cap. 40. ita ajunt Patres: Unde oportet pro amputando ab Ecclesiis scandalum, ne hoc figurae decoris auferatur, & sit una tonsura, vel habitus, sicut totius Hispanie est usus. Unde recte in praesenti Patres dum de habi tuis honestate agunt, de tonsura etiam decernunt, eam congruentem à clericis esse de ferendam; quibus consonat Concilium Salzburg. sub Gregorio X. ibi: Eando perpe tuo prohibemus, ne clerici comam nuriant, ma xime sacerdotes, qui taliter tondeantur, ut paleane

E 2

68

eis aures. Tacevi inferiores clerici non multum in confusa dispergi ob eudem; coronam & desuper congruentem haboant. Synodus Raven-
nat. paulo post celebrata sanxit ut clerici cor-
onam, & tonsuram deferant congruentem Rhotomag. Synodus novem post annos coa-
cta, gravi animadversione plectendos dece-
nit clericos minus congruentem tonsuram de-
ferentes. Quia dicatur tandem tonsura con-
gruens, ex gradu clericali, & regionis more
petendum est. Triplicem fuisse olim coronae for-
mam, probant Pennotus lib. 2. hisp. canonice. Regul.
cap. 29. Saulay in panopl. cleric. tuc. 1. lib. 2. cap.
2. Ex quibus uitiorum est quam describunt Pa-
tres Concil. Tolet. 4. can. 41. ibi: Omnes cle-
risci, vel lectores, sicut Levita, & Sacerdotes, detinso
superius toto capite inferius solam circuli coronam
relinquane. Et Concil. Tolet. sub Sixto IV. ce-
lebrati, can. 14. ibi: Statutum ut de cetero pre-
dicti clerici, iam conjugati, quam non conjugati, ton-
suram quantitatis unius regale deferant; qua for-
ma ad circumseruentem accedit minori hostia confe-
randa pro lacorum communione. Sensim igitur
ubi tonsura excresceret, per singulos gradus ordinum,
instans usus poterit presbyteralis corona ad magni-
tudinem hostie pro sacrificio conferrande proportion-
abiliter pervenire, ut ut clerici pro distinctione
gradus congruentem, proprio enique gradus
conveniente deferant tonsuram, ut expressum
fuit in Concilio Toletano à Franciso Joſoja celebra-
to, huic verbis: Tonsura fit confusa, non ea quidam
in omnibus clericis una, sed major sacerdotalis, in-
dignis tribus undequaque à vertice pateat; dno-
bus diaconis, semidigito Subdiaconalis angu-
ſior: minorum ordinum omnium sit minima,
& digito undique sit diaula. Rationem hujus
sphericæ attionis, diversaque forme fusæ
prosequitur Saulay d.p. 1. Panopl. cleric. lib. 3. per
totum.

(g) Non notanda.] Id est, ut talos attingat,
nam uestis oblonga, venerabilis & propria
est vitorum sapientum. Elias Crevens ad
orat. 4. Nazianz. licet in aliis viris longitu-
tudo vestimenti improbata sit, tam à Catho-
licis, quam Gentilibus, ut probat fuit The-
ophilus Raynaud. tom. 13. in tract. laus brevi-
tatis, cap. 9. §. 2. fol. 514. tum quia uestis
oblonga, prefertim fluxa, symbolum est vi-
tae voluntariae. Ivo Carnot. serm. de adulterio
habit. Impudicus habitus corporis est in vita in-
perflua & inordinata capillatura, vestimentorum
quo multiebrium affectato similitudo. Nyssenus
lib. de vita Moysis: Ad hanc vitam faciendam
talaris uestis & effusa, id est, voluptuosa & vi-
tiosa vivendi ratio, qua latissime patet, minimum
que effunditur, impedimentum est. Aliud in oblon-
ga ueste probrum notatum quandoque de-
prehendo. Sic Clemens Alexand. 2. Pedag.
cap. 12. Trabere uestes ad summos uque pedes
dimissas, valde est arrogans & superbum, quod
ambulandi actionem impedit; cum uestis insar-
verrificat, qua in soli sunt superficie, fortes se-
cum attrahat; ne fractio quidem & exervatio
his saltatoribus, qui Cynaducam turpitudinem
mutam in scandam transferunt, uestes curuca-
to dedecore diffuentem despiciuntib; quibus ex-
quisita uestes, simbriarumque dilatationes, &
curiosi figurarum numeri, liberalem ac sordidam

symptomatum molliorem indicant. Item creditus Pro-
sper lib. 2. de vita contemplativa, cap. 4. in quibus
dam factis pertonis illum nærum lugillat, dicens:
Taceo de illis qui undante lapabundi corporis mo-
tu, deflentibus in talos uestimentus incidunt, &
vagis lacrera fluxibus quodammodo fluctuantur,
animorum dissolutionem vestigia finosa nobilitate
nutantibus produnt. Prolequitur Theophilus
ubi proximè, & tom. 4. lib. 6. fest. 2. cap. 18. num.
277. Clericorum ergo talaris uestis semper
propria fuit. Mathæus Parisius in Henrico III.
refert hoc, capitulum Concilii Anglicani, ubi
praelens textus confirmatur, ibi: Quoniam de
habitu clericorum, quinon clericatus videatur, sed
potius militaris, grave scandalum laicis generatur,
firmiter statuendo precipitamus, ut ad formam,
tam de uestibus clericorum, quam de ornamentis
equirorum, in generali Concilio editam per subtra-
ctionem beneficiorum ab Episcopis refringantur,
ita quid in mensura decenti uestes habeant, &
cappa classis utantur in sacra ordinibus constitu-
ti, maximè in Ecclesia, & corona Prelati
suis, & in conventibus clericorum, & ubique in Parochiis suis, qui cum animalium cu-
ra Ecclesiæ suscepunt; & ut possint Epi-
scopi alio melius ad honestatem uestium, conju-
ram, & coronam decentem, & equorum or-
namenta idonea coaptare, prouideant ut à suis
clericis commensalibus hec prius faciant obser-
vari, habentes eos in uestibus, cataribus, fra-
nu, & felis, clericis gerentes habitibus ho-
nestatis. Cujus talaris uestis variis rationes
concessit Saulay lib. 3. panopl. cleric. cap. 1. qui
ejus ulti originem repetit ab Hebreis, apud
quos huiusmodi uestes talares in uferant. Unde
de Jolepho legitur Genes. cap. 37. Israhel di-
legebat Ioseph super omnes filios suos, secundum
et iunctam polymitam. Ubi Theologi positi-
vi legunt, talarem; nec abs re, nam infra
legitur: Nudaverunt eum fratres eius tunica ta-
lari. Hinc zonarum usus apud ipsos, que ad-
hibebantur, ne inter agendum, aut ambu-
landum nimum uestis ipsa talaris desueret,
estque motu, & operationi incommoda;
unde Angelus se praebuisse præcinctum, ut
Tobiam filium in via comitaretur, refertur
cap. 5. Tobie, ibi: Inuenit iuvenem plenidimum
stantem, præcinctum & paratum ad ambulan-
dum. Hinc Christus ipse Apostolorum suo-
rum pedes ablutorum præcinctis le, Ioannis cap.
13. ver. 4. & Angelus educturus Petrum de
carceri Herodis, dixit ei: Præcingere, & cir-
cundabit uestimentum tuum. Ac. Apost. cap. 12.
ver. 8.

(h) Pannus rubris.) Coalitum Concilium
Chalchurens. can. 4. Canonici vivant exemplo O-
rientalium, & non in illis India coloribus, & non
veste pretiosa. Narbon. can. 1. Hoc regulariter
diffinuum est, ut nullus clericorum uestimen-
ta purpurea induat, qua ad fastigium pertinent
mundiam, non ad religiosam dignitatem: ut
sicut est devota in mente, ita ostendatur in cor-
pore; qua purpura maxime lacorum potestate
prædicti deberint, non religiosis. Erat enim olim
principiæ in nostra Hispania, magnus excessus
clericorum in delatione uestis purpureas:
ut refert Sahabedra in thron. Gothic. cap. 14. fol.
18; Observandum tameu est Regaliacerdotio
suisse

Tit. I. de Vita & Honest. Cleric.

53

huius etiam purpuram communicatam ab ipsis Imperatoribus, ut probat Saulay lib. 4. Panopli. cleric. sect. 1. §. 2. & Romani Pontificis beneficio idem decus sacrae purpuræ concessum fuit Legatis Apostolicis, & Romana Ecclesiæ Cardinalibus, ut probat Saulay ubi supra, cap. 2.

(1) *Viridi.*] Constat Synodus Basilensis, ubi Patres in exhortatione modestia ita ajunt: *Vestimenta sunt autem propter sacrificia statuerunt; abstinentia a coloribus rubris, & viridis.* Et infra: *Non portent in sellis, frans, aut pectoralibus equorum aurum, vel argenteum, aut ornamenta metalli depicti, aut figurati, aut mappas sericas, seu alia quimodius perfunditum; & quod ornamenta eorum sint unius coloris, non rubri, vel viridis, nec coloribus deauratis suntur.* Facit Concil. Tolet. sub Sixto IV. cap. 6. extat tom. 34. Concil. Regie ed. pag. 37. Salzburgense tempore Gregor. cap. 11.

(2) *Manicæ.*] Manicæ hinc accipiuntur pro christocesis, ut in Missali veteri, quem editio Hugo Menardus post librum Sacrament. D. Gregorii ibi: *Ex manuas, laverique manus.* Ubi ex Leone Hesitiensi probat Menardus fol. 32. In Concilio Lateranensi additur, *manis, aut formularibus confutata, surrostratis.* Ubi vox, *confutatus, retur ad manicas: vox vero rostratus, ad calceos, seu foulaires, Confutatis autem Pontifex appellat manicas, que vel partim fimbriis, partim fasciolis, veluti quibusdam quasi virginis, & funiculis nunc holofericis, aut similibus ornantur, vel que diversis ex panniculis, atque discoloribus pictatis confunduntur, quæ vestes in Clementina 2, hoc in. dicuntur virgatas, & partitas apud nos, matradas, & vordadas.* Rofratos autem foulaires dixit Pontifex, vel unicò longo rotulo profenos, vel lunatos, aut cornutos. Facit Synodus Basil. in predicta admonitione ad clericos, quæ extat in appendice post sessiones, pag. 55. ibi: *Nullus portet corrigias auris, vel argenteis ornatum habentes, vel caligas solutas.* Et in dicta Tolentana Synodo, tit. 5, legitur: *Nec virides vestia indure, aut caligas ejusdem coloris, aut foulaires albos, vel rubros, nisi cum nigris despicer foularibus dimicata calceare de cetero praefumant.* Et quia posterioribus his facultis in Gallia magnus erat excessus clericorum circa indumenta pedum, ut Joannes Gerton Cancellerius Parisiensis conqueritur his verbis: *Quid est, quod quarundam Ecclesiasticorum calcis rostrati, vestibus accerari, abjecto clericali habitu militarem afflunt?* Ideo in variis Synodis provincialibus similes excessus reprehensi fuerunt, ut in Synodo Senonensi can. 24. ubi statuitur: *Ne clericis lunatis, seu cornutis, aurimis, fenebris calcis utantur.* Et in Synodo Nabon celebrata anno 1537. ita cavitur: *Vestis, & caligas gerant integras, non variegatas, nec incisas, que laicorum inconstans, & levatae, quæmæ clericorum gravitati magis conveniunt.* In Synodo Rhemensi celebrata sub Sixto V. sect. 8. sub tit. de clericis, ita legitur: *Veste ecclesiastica, eaque talari ac decenti utantur omnia clericis, nec sine illa pallium breve, nec longum deferant, aut unquam procedant in publicum; nec irruptis indusis, vel arte fissis cakies, dissolutiorum laicorum personas referant.* In Synodo Aquisgeno anno 1585. ita cavitur: *Caligæ non turgidas, neque difflatis,*

D.D. Gouzal. in Decretal. Tom. III. Pars L.

cakies quoque non incisæ utantur. An tamen prioribus Ecclesiæ sæculis clerici, & cæteri fideliæ nudis incederent pedibus, examinat latè Landmeter. lib. 1. de veteri clericis, cap. 16. 17. &c.

(3) *Frans, sellis, pectoribus.*] Pertinent hæc ad clericorum equitationem, quam nolunt Ecclesiæ Patres esse pomposam; nam pectoralia hæc intelliguntur equorum. Olim enim orizæ, & phaleræ equorum gemmis, tanquam stellulis illuminabantur, nec solidæ hæc, sed etiam balthei, & equestres sellæ. Virgil. lib. 7. Æneid.

Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

Gellius lib. 5. cap. 5. ait: *Equitatumque frans, ephippii, monilibus, phaleris præfigentem.* Idem Macrobius lib. 2. cap. 2. & Salisbar. Polocrat. lib. 6. cap. 19. Apulejus de Deo Socrat. Nec enim in emenda equis, phaleras consideramus, & balthei polimina inserviunt, & ornatissime cervicis divitias contemplantur, si ex argento, & auro, & gemmis monilia, varie gaze dependentes; si plura artis ornamenta capiuntur. & collo circumiacent, si frena calata, si ephippia fucata, cingula aurata sunt, &c. Claudianus de 4. Consulatu Honorii:

*Turbanunt phaleræ spumosis mortibus, eum
rum*

Fumat, ambelantes effundant sanguine gemmae.

Idem epigr. de phaleris equi Regii.

*Dumque auro phaleræ, gemmis dum frans
reniteant.*

Idem de equo Honori:

... Scirene superbis

Erecto virides spumis persunde smaragdor;

Luxuriens tumid gemmatam monilia collo.

*Nobilis aurato iam purpura vestis habet
mos.*

In hac rem singularis est lex unica, C. nulli lucere in frans equestribus, sellis, & in baltheis margaritas & smaragdos, & hyacintos aptares nec non Novella 81. Leonis Guntherus Ligatur. 4.

Gemmatoque lupos, & fulvum mysticæ artum.

(4) *Cappas manicæ.*] In Decretis Concilii Eboracenlis apud Hobedenum pars. posteriori annalium, legitur: *Præcipimus eum, ut Sacerdotes non cappas manicæ incedant, sed in vestibus suo ordinis congruis.* In Synodo Londin. habita anno 1200. legi ut: *Clericos omnes habeant habitum clericalem, & sonferant canoniam: Archidiaconi autem, & in dignitatibus consimiliis aliis, & presbiteri cappas manicæ non utantur; ut emendarat Saulay p. 2. Panopli. lib. 1. §. 10. fol. 487. Manicæ sunt extremitates vestis, quibus teguntur manus. Virgilius lib. 9. Æneid.*

*Brachia manice velant extrema capaces,
Et tunica manicas, & habent redimicula
mitra.*

Veteres utebatur tunicis ea formâ, quæ hodie sunt dalmaticæ Diaconorum, & Subdiaconorum, id est, quæ ante pectus integræ sunt sine jugulo, tincta à lateribus, in quibus manicæ cubitum non excedeant, nec ultra genua extendeantur. Demum cooperunt tunicas manicas.

E 3

manicas

nicatas gestare. Divus Augustinus lib. 3. de doctrina christiana, cap. 12. ibi: *Sicut talares, & manicas tunicas habere, apud Romanos veteres flagitium erat, nunc autem honesto loco natis, cum tunicatis sunt, non eas habere flagitium est.* Quae vestis dicebatur collobum. Servius ad illud Virgilii 9. Aeneid. Tunicae manicas; ibi: *Tunica vestra habent manicas; quod etiam Cicerio vituperat dicens: Manicatis, & talaribus tunicis; nam collobus utebantur antiqui.* Quae tuidem verbi refert sanctus Hieronymus in Hebraicis questionib. Nacet Thesauri orthodoxi lib. 1. cap. 39. Dalmatica, quam nunc collobus dicuntur, purpurea que praetextum, induti, philarcteria sua ostendebant, breves numerum chartulas, quibus inscripta lex erat; quas illi pretiosiss fascis ornatas, auroque distinctas, tanquam Iudaorum Magistrorum deferabant. Plura de collobis congererunt Valesius in notis ad Marcellinum, fol. 45. Bulengerius lib. 1. opusc. cap. 22. Meurhus in Glossario, verbo Collobum. Zerda in advers cap. 22. fol. 15. In praesenti ergo prohibetur prebyteris cappas manicas in divinis officiis deferre; tum cappis vero propriis Ecclesiæ ministrante Episcopo; ipsum præcedere debent, ut ex veteri ordine Romano probat Viccocomes de ritibus Baptismi volum. 4. lib. 5. cap. 2. per totum.

(m) Personatus.] Personatus quid sit in Ecclesia, expotu in cap. ad aures, de rescripto.

(n) Transformari.] Quem vestium abusum, præcipue induitis vestibus alterius sensus, magnopere legislatores improbarunt. Philo Judæus de fortitudine, ibi: *Volum lex virum in vestitu se, ut virum decet, gerere, queru cium die, nolneque circumferat, talis esse debet, ut eam semper decoris honestatisque admoneat.* Sic & mulieres ornans pro dignitate, vetat virilem vestem sumere; longe submoventes feminatos viros, tum plus aquo viriles feminas. Lex Quintius 23. ff. de auro & argento. ibi: *Quod sine viasperatione vir non facile uitetur multibibus.* Legem refert Josephus lib. 4. antiquis illis verbis: *Caveat autem maximè in bello, ut neque mulier habuit virilitutat, nec vir stola multibiri.* Caput 67. dist. 30. De his transformationibus ita ait D. Hieronymus epist. 8. *Aha viri habuca vestem mutata erubescunt esse quod nata sunt.* Contra naturam, immò ultra naturam est, non exercere quod nata sis. Plura congerit Gentilis in libel de actribus fabul. cap. 4. 5. & 6. & clericis; aut monachos non debere vestes proprias abdicere; aliasque defere, probavi supra incipit. Deus: recte tamen ajunt Patres in praesenti; nisi justa causa timoris exegerit, habitum transformatum, ut contingit in specie textus in d. cap. Deus: Inde factum matris Achillis saepius laudatur, quæ cum vestit multibibus, ut fastum fugebat Troicum: commendarunt Ovidius lib. 1. de arte.

Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset Achille,

Veste virum longa dissimilatus erat. Tertullianus de pallo, ibi: *Feras in pueri matris sollicitudinem.* Statius 1. Achil. unde licet, tam clerici, quam religiosi, ad Turcarum, similesque provincias profecti pro fide propaganda prædicatione; recte possunt habitum proprium deserere, & in seculari incedere, ut hodie contingit in Anglia, & Hibernia, cum absque perticulo vite ibi proprium habitum deferre nequeant.

(o) Fibulas.] Fibulae magis ad ornamenta quam ad vestes accedunt, l. 25. s. item fibula, ff. de auro & argento. Vincula enim magis sunt, quam gestamina. Plinius lib. 33. cap. 1. ibi: *Fibulas, & alia maliebri cultus; fibulas utique veteres vesti astrangebant, & submettebant.* Virgilius 1. Aeneid:

Anrea purpuream submettit fibula vestem. Ovidius lib. 8. metamorph.

Rasitis huic summam mordebat fibula vestem.

Dehis fibulis Juvenal. satyr. 6.

Solvitur his magno comedì fibula;

Si gaudent cantu, nullus fibula durat.

Martialis lib. 7. epigr. 81.

Menophili penem tam grandis fibula vobis fibi.

Ut sit comedis omnibus una satias.

Dum ludis mediâ populo spectante palestrâ,

Detracta est misterio fibula, verpus erat.

Quod epigramma docte exponit Mercurialis, lib. 1. var. cap. 19. Unde dum in praesenti prohibetur clericis fibulas, & corrugias aut, vel argenti ornatum habentes deferre, habitus pomposus vix laicis opulentioribus relinquendus interdictus: notavit P. Faber lib. 1. semestri cap. 16.

(p) Annulos.] Immò annulos gestare magnè in honore semper fuit, & tam viris, quam feminis nota ingenuitatis l. etiam, & per tot. tit. Dig. de jur. aure annul. junctis supra congetis in cap. final. de servis non ordin. Et annulorum usum perantiquum esse liquet ex cap. 38. Genesis; ubi refertur Judam Patriarcham annulata gestasse: & cap. 41. vers. 42. refertur de Rege Egypti: *Tulit annulum de manu sua, & dedit in manus Joseph; & cap. 31. Numeror. 10. Esther, cap. 3. Iason, & cap. 6. Daniel. & apud Lucam de filio prodigo cap. 15. legitur: Dixit pater ad servos suos, Cuic proferte stolam primam, & induite illum; & date annulum in manus eius.* Sed inter Christianos fusse Apostolorum ævo, qui gererent annulos in manu sua; probat insignis locus epistolæ S. Jacobi, cap. 2. vers. 2. ibi: *Sicut eroster in conventum vestrum vir annulum arcuum habens in veste candida, &c. notarum Saulay in Panopl. Epist. lib. 3. per tot. Elias Schedius de Dns. German. cap. 7. fol. 273. est enim annulus præcipuus finis ad signandas tam epistolæ, quam alias legitimas scripturas; legitimus enim lib. 3. Regum; cap. 21. ab Iezabel literas scriptas, & obligatas annulo ejus tulisse. Sic Elther 8. pia illa Reginæ; cum salutaria edicta pro populo suo dirigi per provincias à Rege Asfurio postulasset: *Scribit; inquit Rex, Iudai sicut vobis placet; Regis nomine signantes litteras annulus.* Hæc enim confutatio era; ut epistolis; quæ ex Regis nomine mittebantur, & illius annulo signatae erant, nemo audieret contradicere. Non longè ab hoc alludi more quod producit memorie repetiuntur Daniel. 6. Allatique est lapis unius; & positus est super os lacri; quiem signavit Rex annulo suo. & annulus optimatum suorum, ne quid fieret contra Daniëlem. Cui forte & quiores, ac benigniores leones, quam homines sperabat. Iterumque cap. 14. Rex clausorum; & signa annulo suo. Et infra: *Egressi clauserunt ostium, & signantes annulo Regis, abserrunt.* Signatorum hujusmodi annulum moriturus Rex Antiochus fidelis Philippo tradidit.*

Tit. I. de Vita & Honest. Cleric.

35

lib.1. *Mashab.* cap. 6. In novo etiam Testamento vestigium extat hujus mortis ; cap. 27. *Matthei*, ubi Phariæ accepta à Pilato licentiâ , munierunt Christi sepulchrum, signantes lapidem. Et apud Romanos, alisque nationes annulos deferti, præcipue ad signandum, probavi in cap. 6. de fide instram; cap. illud, de presumpt: quâ ratione negat Paulus annulum inter ornamenta conuenient, i. signatoria 74 ff de verbis signis. i. argumento ff. de auro & argento. Plura de annulis congererunt Kochier in face hist. cent. 2. cap. 12. Cf. Henricus K diechius de iure ari. annuli. Ignotum nullum est ratio prohibendi clericis annulos defere. Sed respondendum est; in praesenti prohiberi clericis deferre annulos, quia vita clericalis gravitas, atque modestia cunctos ordinatus extenos hujusmodi respuit. Unde cum iam temporibus Innocentii III. non ad signandum; sed ad ornatum annuli deferrentur, id est inter alios corporis ordinatus, & extenos in praesenti damnatos, etiam annorum gestationem in clericis patres improbarunt.

(9) Quibus competit ex officio.] Ut Episcopis. Concl. Tolet. 4. can. 27. ibi: Si Episcopus est, orationis annulum, & baculum coram altari de manu sua Episcoporum recipiat. D. Ifidorus Hispanensis lib.1 de Eccles. offic. cap. 5. Datur annulus proper signum Pontificale honoris, vel signaculum secretorum; nam multa sunt, que carnalium. minusque intelligentium sensibus occultantur sacerdotio, quasi sub signaculo abscondunt, ne indigne quibusque sacramenta Dei aperiantur. Author Ordinis Romanæ, ubi de Episcopi consecratione agit, tit. quando deitur annulus, ibi: Accipit annulum distinctione, & honoru, fidei signum, ut que signanda sunt, signe; & qua aperienda sunt, prodat. Innocentius noster lib. 1. myster. Missæ, cap. 10. ibi: Novem autem sunt ornamenti Pontificum specialia: videlicet Calix, Sandalia, Succinorium, Tunica, Dalmatica, Mitra, Chirotheca, Annulus, & Bânia. Rationes hujus delationis annuli in Episcopo reddiderunt Rupertus Abbas lib. 1. de Æv. offic. cap. 25. ibi: Latius auem significatio predicti extenditur annuli, qui dum omni Ecclesia suam doctrinam, & fidem integrum predicat, vel opignoratum annulus sponsam Christi subbarbitat. Innoc. PP. III. lib. 1. myster. Missæ, cap. 61. Annulus est fidei sacramentum, in quo Christus sponsam suam sanctam Ecclesiam subbarbitat; ut ipsa de dicere valeat: Annulo suo subbarbitat me Dominus meus, id est, Christus, cuius custodes, & pedagogi sunt Episcopi; & Prelati, annulam proximo ferentes in testimonio. Quas latè illustrant Saulay in Panepi. Episc. lib. 5. ex cap. 1. Vicecomes de rubris Missæ, volum. 4. lib. 3. cap. 38. ubi de materia; & forma ipsius annuli, ejusque mysticis rationibus latè agunt. Abbatibus etiam, quibus juri Pontificalium concessum est, licet annulos deferre: quod tamen non admittebat D. Bernardus, ut ipse testatur in epist. ad Henricum Senonesensem Archiepiscopum, ibi: Verum aperte indicant quidam horum, quid cogitent, dum multo labore, ac pretio Apollonius adeps privilegii per ipsa fibi vindicavit insignia Pontificalia; utenam & ipsi more Pontificum mitra, annulo, atque sandalio. Sanè si attendatur rerum dignitas, hanc monachū abhorret profectio; si minus, rursum, sicut congrueret Pontificibus. Et ibidem paulo ante: Quid hoc est presumptivus, o monachū! neque enim quia Prelatis monachis, ideo non monachi; nempe

monachum facit professo, Prelatum necessitas; ne autem non præjudicet, necessitas professioni accedit, non succedit prælatu monachatu.

(1) *Habitu monachalem*] Quem gestare Episcopus religiosus tenetur sub pena peccati latae lis, ut ex ceremoniali Clementis VIII. probant plures congregati à Barbola de potest. Episc. p. 1. tit. 1. cap. 14: Sola in Episc. Relig. num. 39. quod & ante Innocentium III. obtinuerat, ut referunt Sulpitius Severus de vita Martini: Nam vero sumpto Episcopatu, qualiter se & quantumque præstiterit, non est nostra facultate evolvere. Idem enim constantissime perseverabat, qui primum fuerat.

Eadem in corde ejus humilitas, eadem in vestibus ejus virtus erat: aique ita plenus auctoritatis, & gratia implebat Episcopi dignitatem; ut non tam propositum monachæ, virtutemque desereret. Ferdinandus in vita sancti Fulgentii, cap 18. Nec ita feras est Episcopus, ut esse desisteret monachus: sed accepta Pontificis dignitate, professionis præterita servavit integratam; servata vero professionis integras, plus ornauit Pontificis dignitatem. Petrus Aballardus S. Bernardi coetaneus, & amicus, serm. de S. Joanne Baptista: Cum evenerit inquit] ut quispiam est Monachus ad Episcopatum assumatur, nequaquam ita, qui Episcopus factus est, & cibarium religiosus mutat. Huc illud spectat Sidonii ad Faustum Regiensem Episcopum ex Abbatie Litineni lib. 3. epist. 9. Nihil ab Abbatie mutatus per sacerdotem; quisque cum nova dignitate obiicit rigorem veteri disciplina non relaxaverit.

Id ipsum piè laudat in B. Eusebio Vercellensi D. Ambrosius epist. 82. Hinc capit. Caroli Magni lib. 1. capit. 27. Monachus si ad clericatum provehatur, propositum monachæ professionis non amittat. Vide Petrum Cluniac. lib. 5. epist. 27. Qui mos etiam nunc in Ecclesia perdurat, & præbatur in Concilio Aquisgran. sub Carolo, cap. 27.

